



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 6. Principes Protestantes a Friderico Palatino ad bellum in Cæsarem & Catholicos stimulati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

IX. Arx Mungatſia numeratis tercenties mille florenis Bethlenio relinquatur, eo autem mortuo ad Cæſarem revertatur. X. Arx Tockaia pignoris loco, Eychetana autem, & Nagibaia urbs dono unacum jure regio in perpetuum Bethlenio, ejusque hæredibus cedatur. XI. Si forte Turca Bethlenii poſſeſſiones inſaſurus eſſet, Cæſar eidem ſuppeties ferat. Hi pacis articuli utrinque firmati a Poloniæ Rege rati habebantur, non ſine indignatione Ludovici XIII. Franciæ Regis, qui hanc pacem cum Bethlenio duntaxat eo ſine inſitam fuiſſe interpretabatur, ut Cæſar contra Proteſtantes in Germania, contra Griſones in Valle Telina, & contra Batavos arma ſua ea validius vertere poſſet.

§. VI.

Principes Proteſtantes a Friderico Palatino ad bellum in Cæſarem & Catholicos ſtimulati.

Nondum pax in Imperio & Hungariæ Regno plene coaluerat, cum jamjam novæ belli flammæ accenderentur a Friderico Palatino, qui datis ad Saxonem, Brandeburgicum, & Wirtenbergensem Duces, alioſque Principes Proteſtantes iteratis literis eodem ad

Lotich. rer. Germ. l. 14. cap. 1. Lond. act. publ.

Hiſt. Eccleſ. Tom. LVIII. B arma

Sæc. XVII. arma in Cæsarem & Catholicos capes-
A. C. 1624. fenda acriter stimulabat, hancque in
 rem occasionem & quidem capillatam
 ex eo captabat, quod Cæsar eliminata
 Calvini & Lutheri secta Religionem
 Catholicam revocasset, necnon Electo-
 ralem dignitatem in Maximilianum Ba-
 variarum Ducem transfulisset, eumque in
 Fleusinganis Imperii comitiis in Electo-
 ralis Collegii socium, annuente etiam
 Saxonum Electore admisisset. Eandem
 vero translationem depingebat, „velut
 „tragediæ, quæ per Germaniam ludi-
 „tur, fundamentalem actum, in quem
 „jam dudum Pontifex ejusque Quiri-
 „tes coniecissent oculos, ut hoc apice
 „obtento rem deinceps Evangelicam
 „dent præcipitem, funditusque di-
 „ruant.” *Hic erat, inquiebat Frideri-
 cus, scopus ille, in quem Roma diu tela
 sua, testimoniis in publico extantibus, di-
 rigere comperta est, ut sub hujusmodi ca-
 pitis oppressione casus, ac ruina ceterorum
 Electorum & Principum quæeratur, &
 Electores Protestantes tanquam esca &
 hamo prehensi in partes trahantur, necnon
 deinceps majoribus Pontificiorum suffragiis
 prævalentibus Evangelicorum pars oppres-
 sa, non secus atque umbræ loco, futura
 sit: An non Pontifex rem factam habens,
 pro nutu suo ac libidine aget? Nonne hoc
 jugum posteritas sub Evangelicæ Religionis*
 exci-